

Universitätsbibliothek Wuppertal

Q. Horatii Flacci Epistolae Omnes, Qvae Extant

Horatius Flaccus, Quintus

Basilae, 1615

Epistola XI. Ad Bullatum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1477](#)

EPISTOLA XI. AD BULLATIUM.

Theticum.

Error Bullatii coarguitur, qui longè latèque peregrinando & negotiando, bne tranquillè, ac beatè vivendi rationes posse certis locis inveniri putaret.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque
Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Cræsi regia
Sardis?
Smyrna quid & Colophon: majora minorave
famæ?
Cunctæne præ campo & Tiberino flumine sordet?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudas odio maris atq; viarum?
Scis, Lebedus quam sit Gabius desertior, atq;
Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem?
Oblitusq; meorum, obliviscendus & illis,
Neptunum procul terra spectare furentem:
2. Sed neg, qui Capua Romam petit, imbre lutoq;
Aspersus, voleat in caupona vivere nec, qui
Frigus collegit furnos & balnea laudat,
Ut fortunatam plenè prestantia vitam.

Nec si te validus jactaverit Auster in alto,
Idcirco navem trans Aegeum mare vendas.
3. Incolui g Rhodos & Mytilene pulcra facit quod
Penula h solstitio, campestre nivalibus auris,
Per brumam Tiberis, sextili mense caminus.
4. Dum licet & vultum servat Fortuna benignū,
Roma laudetur Samos & Chios, & Rhodos absens.
Tu quamcunque Deus tibi fortuna avertit horam.
Gratia sume: manu nec dulcia differ in annum:
Ut quo cunque loco fueris, vixisse libenter
Tedicas. Nam si ratio & prudentia curas,
Non locus effusi latè maris k arbiter, aufert:
5. Calum: non animum, mutant, qui trans mare
currunt:
Strenua nos exercet inertia wavibus, atq;
Quadrigit petim bene vivere quod petis, hi u. est
Esi Ulubris: 6. animus site non deficit aquus.

Anasysis Dialectica.

O De 26.1.2. fuit hujus argumenti de tranquillitate animi. Habet quidem multum iucunditatis mutatio soli & cæli, ipsaq; peregrinatio intersita: præsertim si fiat è crasso & concreto cælo in tenui & purum: Ptolomæus tamen docet, hominem ad aliud clima translatum naturam ex parte mutare, quod ad corporis attinet, sed non animi tranquilitatem atq; prudentiam dare aut tollere potest talis mutatio, ut rectè Bias nos admonet, τὸν περιβολεῖν τὴν φύσιν διδάσκων, εἴτε ἀγοραῖναι ἀποφύγειν: itaque ad vitam bene beatæq; colendam nihil opus est tantâ tot insularum & regionum peregrinatione, nihil tot urbium lustratione: sed tantum æquitate, moderatione & tranquillitate animi: è quibus solis, non è locorum amoenitate petenda est vita beatitudine. Cic. tamen Agraria 2. demonstrat dissimilia majorum & ruli facta ex efficiente causa Campanæ arrogantia, quam statuit in natura loci ac vietus ratione & consuetudine ad hæc verba, non ingenerantur, hominibus tam astirpe generis ac seminis, quam ex his rebus, que ab ipsis, natura loci, & à vita consuetudine suppeditantur, quibus alimur & vivimus. Carthaginenses fraudulenti & mendaces, non genere, sed natura loci: quod propter portus suos multis & variis mercatorum & avenirum sermonibus ad studium fallendi studio quasi vocantur. Ligures montani, duri, atq; agrestes, docilis ager ipse nihil ferendo, nisi multa cultura & magno labore quasi. Campani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Hic autem locutus Physicus est, ait ibidem P. Ramus quem Galenus ex autoritate Hippocratis, Platonis, Aristotelis disputavit in libello, quod animi mores temperaturam corporis sequantur. Sed enim hæc tam varia peregrinatio ueritatis videtur notari, tanquam potius suscepta quæstus, quam animi gratia. Hæc certè summa est Epistola: cuius argumentum est è loco caussarum efficientium verarum, ut constat è remotione falsarum, quæ proponuntur inicio è distributione loci in 4. insulas, & urbes novæ. Insulae aut sunt: Chios, Lesbos, Samos, Rhodo: urbes Sardis, Smyrna, Colophon, Roma, una ex Asia-ticis, Lebedus, aliqua transmarina, Mytilene, Ulubris: qua-

rum tres insulae, totidemq; urbes in questionem cadunt & comparatè pronunciantur, sint etante, quam a fama & auditione accipuntur, nec ne. Item utrum ipsi Bullatio nihil aut certè parum ad Romanam esse videatur haec omnia. Deinde an his posthabitis mallet Bullatum habitare in aliquarbe Asie, an etiam Lebedis à cuius habitatione primùm sic deterret Bullatum collatione minorum, quod in hoc vicem major sit hominum solitudo, quam Gabius & Fidenis, ut poste à videatur ejus consilium approbare è diversis & adjunctis quod licet Lebedus cœtu hominum non frequentetur, vellet tamen illic vitam colere, ut qui locus sit ab interventu suorum maximè remotus, & undè naufragia aliorum procul iutus possit intueri.
2. Poeta videtur superiori approbationem temperare ad certam legem & conditionem restringere similibus, quorum protasis est duplex, ut ostendat in exteris regionibus commorandum quidem, tanquam in hospitio, non autem habitandum, tanquam in domo, non secus atq; viator, qui pluviam & luto gravatus, dum Romam Capua petit, in cauponam divertit sui reficiendi & recreandit tantum gratia non perpetuò illi degredi causa: non dissimili animo alter excruciatus & quassus acerbo frigore ad hypocasta se recipit: quia diversoriis hisque rebus intur, tanquam ad aliud feliciter tendentes, non autem fruimur, vel lusti jam inharentes rei cupite & amata: non aliter tu, o Bullati defunctus gravissimo tempore statim periculo, debes te & navem reficere in regione transmarina, ut inde tandem aliquando patriam repetas.
3. Consilium de reditu confirmatur parium collatione, cuius apodosis est quadruplex, ut doceat, Bullatum falso credere melius ac beatius habitari in exteris regionibus, quam in Latio: et, inquit, qui sanæ est mentis, id est, nulla cupiditate lucri perturbatus, tantum accedit adjumenti ad bene vivendum & celeberrimis illis locis Rhodo & Mytilenis & similibus: quantum ex aqua Tiberis intolerabilis frigore: quantum deniq; ex hypocaustis & luculentis caminis rapido estu.
4. Poeta disquisit adhuc tranquillitatem vitæ conditione locorum esse estimandam: nunc eandem ex animo perturbationibus vacuo suadet metuendam, ac primum ex adjuncti

adjuncta temporis opportunitate, ut dum Bullatum vallet & fortanatus est, discat uti commoditate loci, ubi fuerit, ad bene vivendum. Suasionis autem argumentum est e caussis efficientibus diversè tamen judicatis, ubi cinq[ue] fueris, dic te facile ac bene & ex voto vivere: quia tranquillitas animi tota nititur ipsis aequitate, moderatione & ratione, non locorum mutatione: frustra igitur queritur locus ad eam parandam, aut navigationem, aut peragratione. Est similis argumenti epistola 28.a ud Senecam non indigna, quae recognoscatur a studiose letore tota, cuius aliquot nunc versus ptoferam, Hoc tibi soli putas accidisse, & admirans, quasi rem novam, quod tam longa, & tot locorum varietatibus non discussi tristitia, gravitatemque mentis? animum debes mutare, non cælum; licet vestrum trajeceris mare: licet, ut ait virgilius noster, terre urbesq[ue] recedant, sequentur te, quocumq[ue] peruveneris. vita. Hoc idem quaranti Socrates ait, Quid miraris nihil tibi peregrinationes prodestr, quam te circumferas. te premit eadem causa, que expulit. Quid terrarum juvare potest novitas? Quid cogitio urbiuum aut locorum? tecum fugis. omnis animi deponendum est. non autem tibi ullus placebit locus.

Consequentia illustratur primùm diversis, quod

peregrinator mutat quidem regionem, sed ingenij statum non mutat. Deinde adversis, quod dignari ac inertes sine homines in sedanis perturbationibus strenui vero & fortis in illis augendis & curamordaci concitandis.

6. Vis assumtionis hoc loco latet, sed ista tranquillitas, sifrationi vis parere, & cum Cicerone dicere, equidem & hæc omnia, que homini accidere possunt, sic fero, ut magnam Philosophie habeam gratiam, que me non modo a solicitudine abducet, sed etiam contra omnes Fortune impetus armat, tibi idem censeo faciendum, nec, a quo culpa absit, quidquam in malis numerandum. Ita, inquam, tranquillitas est apud te paraturque ex his rebus, quas quidem Epictetus Stoicus scribit τὸ μὲν ἐστὶ οὐκέτι νέος. I. n nostra quidem potestate esse, δυνατὸν τοῦτο τὸν κόσμον περισσότερον. sed non in mutationibus locorum & regnum. Quo potest illud Seneca ex Epistola 82. accedere. Quid prodest secessisse, tanquam non transmarianos solicitudinū cause perseguantur? Que latebat est, inquam non intret metus mortis? Quia tam munera, & in altum subducta vita quies, quam non dolor territet? Quocumq[ue] abdideris, mala humana circunstrepenti &c frustra agitur tales animi tranquillitatem procul alius unde quatuor: quod facilè ex antecedentibus efficitur.

Enarratio Grammatica.

Quid Chios.] Hæc nomina Ionicarum insularum Græco sine pronunciantur, pro Latino, Chins, Lesbos, Rhodus, Samus, quarum topographiam apud Strabonem lib. 14. Dionysium εἰς Σεμίρρης, & alios Cosmographos quære. Chios definitur ab Eustathio in Dionysium ἡ τῶν Ιάνων ρῆσσα ἡ Χίος τὰ δύο Διάπερα, καὶ τὰ δύο Καρπαθία, τὰ δύο Λέσβου, τὰ δύο Αιγαίου insulam Ionum habens ut bem bene portuolum & navale narium. Apud hunc Geographum Lesbos ponitur inter insulas Aeolicas a qua δεῖξε, spatiofa & lata dicitur, ἡ τε μεγαλειώτερη Χίος εἰς Ιάνων. Inter has rāmo tribuitur conciunitas propter edificia magnifica: quod videtur interpretari epitheton Σάρων ἡ πρέδα apudeundem, desiderabilis & amata. Scholastes ἐπιμορφών, cibosq[ue] της, ab incolumitate: alijs tamen ab altitudine, quia Dialecto Tracia σάρων, τὸ δέ πολις sunt altitudines Sardis numero multitudinis tantum infléctitur heterocliticōs per(u) in tribus casib⁹, & est, vel sicut olim vrbis præcepis Lydiae & regia Crœsi, de qua vide Plin. l. 5 & Strabonē lib. 13. Eustathius quoq[ue] in Dionysii periegese scribit, τὰς Σάρων τὸ τῶν Λύδων βασιλεῖον, qui iidem sunt populi, qui Maeones. De Smyrna vrbe Ioniæ vide Strab. l. 14. De hac etiam idem Scholastes memorat ibidem, ή Σμύρνα δὲ Αὐδίων οὐσια διάτη, καταρχεῖν τὸν Ἐφεσόν, ετει, διό δια τὴν Σμύρνα τὸν Ἐφεσόν, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἐφεσόν τὸν κακίου λέγον, id est, Smyrna autem, quum etiam una ex Amazonibus ipsa esset, dicitur tenuisse Ephesum: aquaeriam Smyrna est locus Ephesi, atq[ue] ipsam Ephesi urbem dicunt vocari: Ut de Colophone idem ibidem, & Mela lib. 1. cap. 17.

Cunctanea.] Id est, omnēsne hæc vrbes & locatibini hil videntur esse, si cum Roma comparantur. Plautus in Stichohuju modic comparatum sic enunciat, omnes res habeo relietas, pra quod tu vellis: ubi videtur casus præpositionis, pra eo, quod, &c. intelligendus: sic quoque Homerus θεατ. εἰς ταῦτα πέντε, id est, την, pluris aliquid facere, quam res omnes.

An venit in votum.] Pro expertis & exoptatisne aliqua vrbem Asiaticam. Sic Ovid. loquitur: Metam succedere in votum alicujus, pro idem velle & optare, quod ille vult & optat.

Majors,] Hæc loca suntne aliquid superius aut in

25 ferius eo, quod de ijs vulgo prædicatur?

Attalicius.] De rege Asis Attalo dictum est Od. 1. 1. De Lebedo vrbe Ioniæ vide etiam Strabonem l. 14. & Melam. l. 1. c. 16.

Gabis.] Gabi torum, ut Fidenæ sunt oppida in a-

gro Romano.

Quām desertior.] Raro reperias hanc particulam quam comparativi junctam pro quantò desertior.

Obliviscendus.] Πληθυτὸς est a deponente. Videtur hoc versu optare locum ab omni interpellatione vacuum, ut nihil omnino curaret, nec a quoquam curaretur, & totus a se ipso penderet, qualis videtur esse versiculus Apollodori, οὐδὲ τὰς τιμὰς μόνος τῶν ἐμπορίους, quem Terent. in Phormione A Et. Sc. 1. vertit. Nam ego meorum solus sum meus. In his verb's, obliuus meorum & solus meorum Grammatici docent, sicut in tuorum possessiva substantiva substantivari. Ego vero putto ellipsis esse substantivi, civium vel servorum vel amicorum, vel propinquorum, vel domest. corū vel similiū.

Procul.] L. procul e continente prospicere insanos maris fluctus.

Capua.] Hæc vrbis Campaniæ Italicae caput olim fuit, & magnitudine Romæ & Carthagini non cessit, vt diximus Epod. 16. Qui capua, &c. Gall. Qui valde Capove a Rome b:en mouille & crote, ul ni' rapas al' hostellerie pour vivre tous jours. Sic in verbo vivere subintelligendum est, semper vel perpetuò, Gall. pour passer toute sa vie, pro quo Cic. diceret, nolle illuc habere, sed tantum.

Frigus colligit.] Id est, contraxit, & penetrabili fri-

55 gore vltus est, vel quem frigus vlt.

Furnos.] Festus deflexit Furnus a furvo quod est nigrum & atrum: diversoris enim ac itinerariis caminis dicimus, ut alijs rebus ejusdem generis, homines propriè vti: non frui: quod discrimin August. 1. 1. de doct. Christ. & eleganter demonstrat. De balneo dictum est Epist. 1. hujus libri

Plenè præstantia.] Quæ perfectè & cumulatè efficiunt vitam beatam. Pro plenè dicit. ad plenum Od. 17. l. 17. Hinc tibi copia manabit ad plenum, sic Virg. 2. Georg. vnde ad plenum calcentur.

Jactaverit.] Sic Virg. Aen. 1.

— Multum ille et terris jactatus & alto
Sic etiam Cic. i. de Offic. Et ut sepe ex alto in portum se
contulerit, pro remotissima maris parte a continente,
vel profundiissima. At quum ibidem Virg. dicit, & Ma-
jā genitum dimisit ab alto, id est, e cælo. Itaque altum
pro ratione rei aptum substantivum requirit.

Trans Aegeum.] De hoc mari dictum est Od. 16. l. 2.
sententia autem est: Non continuo debes vendere na-
vem in regione transmarina, & illic habitare, quod ali-
quam navigationis incommoditatem percepis.

In columni.] Reperitur simplex adjectivum columis
& column in Trinummo Plauti, sed conjunctum usi-
tatis est, in columnis, pro integro, salvo, & sano, qui-
buscum apud Cic. sepe geminatur, & a columnen, in, deductum videtur: quod pro fulcro, praesidio, & or-
namento sumitur, ex illo Terentij: Columnen nostræ
familie. Rhodos & Mitylene idem tibi sanæ men-
tis adjumentum afferent, quod penula tempore sere-
no, quod etiam subligaculum & brachæ aestate, &
frigidus amnis acerbissimo frigore, & luculentissi-
mus focus acutissimo sole. De camino urente &
lacrymoso fumo dictum est Satyr. 5. lib. 1. Nobis
caminus est, per quem, velut per canalem ignis e
foco & fumus emittitur sine noxa extra teatum: a-
lijs etiam est fornax sine exitu: alijs denique hypo-
caustum: vnde non satis constat, quo de genere
locus hic intelligendus sit. Illud Satyr. 5. de cami-
no exitum non habente sumendum esse fumus illuc
indicavit. Sed de Rhodo & Mitylene dixissus copiosè
Od. 7. lib. 1.

Penula.] Genus est vestis, quod tunicis cælo plu-
vio & frigido superinduitur, ut e partitione Gal-
ba liquet lib. 6. cap. 3. Quint. Quum ille penulam
rogant, respondit, non pluit, non est opus tibi: si pluit,
ipso tar.

Campestre.] Sententiæ D. Augustini de civ. Dei l.
14. c. 21. negatur Latinum esse rō campestre. & ex eo
dictum, quod illo, qui exercebantur nudi in campo
Martio, pudenda operiebant sua. Asconius tamen
Pæd. in orat. pro Marc. Scauro paullò aliter descri-
bit, dum id vocat Campestre, quod succingitur ab
umbilico ad pedes demissum & ad partes corporis pu-
endas regendum.

Vixisset libenter.] I. facilimè, ut hoc vicissim pro li-
benter Epist. 16. lib. 2. ad famil. in maritimus facilimè
sum, i. libenter.

Nam si.] Non connectit hic rō si, sed cum nam aero-
royū pro qua hoc tamen connexè in analysi nostra ex-
pli catum fuit.

Locus arbiter.] Ode. 3. l. 1. ad vers. quo non arbiter
Adria major. interpretati sumus. Notum dominan-
tem & potentem maris Adriani, quæ interpretatio
potest huic loco convenire, ut curas intelligamus rati-
one & prudentiâ pelli, non mutatione cuiusquam

loci, quantumvis tuta sævitia vasti maris, ita ut hinc
videatur, velut ex alta rupe, imperare: quanquam non
ignoro verbum arbitror usurpari a Plauto in Aulul.
pro spectare & observare. hinc ego hoc atque illus poter-
ro, quid agant, arbitrariet, ad quam certè notionem
videtur explicandus locus Plauti in milite Glorioso
mibi quidem jam arbitri vicini sunt, mee quid fieri domi-
id est, spectatores: vnde appetet id sensibus tribui,
quod est mentis. Itaq; non vrbs tutæ a vasto mari, quæ
hoc spectat, tanquam spectator animi securi ludos, au-
fert solitudines.

Inertia.] I. inconsideratus labor nos frangit.
Bene vivere.] Antimeria est, pro, vita beata.

Inertia strenua.] De his appositis ita statuendum, ubi
de alijs apud hunc Poëtam, int̄p̄iens sapientia Od. 34.
l. 1. in quam nostras revisæ notas, & alias in Epist. se-
quentem ad verba concordia discors: quales sententiæ
Græci videntur appellare ὀξύταρας, tanquam dicentes
acutifaras, quum ita affectatè & acutè pronunciantur
ut insipida & fatua videantur sicut Servius in Aeneid.
7. verl.

Num capti potuere capi, num incensa cremaris.
Troja viros? annotavit, cum felle dictum est: nam
si hoc removeas, erit Oxymorum, qualis est senten-
tia Cicer. in Verrem, si tacent, satis dicunt. Item. ut in
uberrima Sicilia parte Siciliam quereremus, qualis est
Græcis Σικελίας δέλτα, quam ita concilies, ut jam dia-
lectica indicarunt quum homines intelligentur strenui
acutes & prompti ad commotionem animorum; segnes
contra & pigri ad eorundem sedationem. Strenuus e-
nim propriè dicitur miles, qui corporis agilitate potest
extequi mandata imperatoris sui, ut strenuitas sit ali-
quid minus quam fortitudo: quia hoc ad imperium
animi, illud ad corporis servitum sit referendum: quod
discrimen ex hoc Ciceronis loco elucet, ut cognoscet
te si minus fortem, attamen strenuum, utrumque Epist.
7. tributum est L. Martio Philippo vehementi oratori
ac diserto: item e penultimo vers. 2. Epist. sin cessas, ane
strenuus anteis. Cornelius quoque Fronto haec ex effici-
ente ita distinguit: agilem actio facit, strenuum motus
fortem animus, robustum corpus.

Ulubris.] Ulubrae locus ac vicus est in Italia valde in-
frequens, vbi tamen Cæsar Augustus dicitur nutritus:
hujus loci palustris meminit Cicero lib. 7. Epist. ad fa-
mil. Treba. Nam Ulubris honoris mei causa vim maxi-
mam ranunculorum se commissè constabat: vbi jocus est
scriptoris in clientes Trebatij, quos vocat ranunculos
Ulubrarum incolas: quos prius Epist. 12. hujus lib. ap-
pellarat populum Ulubrarum. Quid fieri porrò populo
Ulubrano, situ statueris mortuorum non oportere, id est,
Remp. administrari? Quidam existimat Ulubras
non coloniam, nec municipium, sed præfecturam fu-
isse, quæ jus Roma. civitatis habebat, ejusdemque le-
gibus & magistratibus patet: sed omisi admonere de
hac repugnantia.

Explicatio Rhetorica.

E Panaphora est in quid multoties repetito initij
membrorum, ac præterea avocōwōs, deliberatio
cum Bullatio de vatis peregrinatione, vbi octies
hic interrogatur, ac pro eo Poeta tandem ad quatuor
quaestiones tantum de Lebedo, Samo, Chio & Rhodo
respondet.

b Synecdoche est generis pro Martio campo, nec
tamen meo judicio male diceretur totum hoc campo
& Tiberino flumine per synecdoch. cam periphrasin
Romæ, præ qua vibes aliae & regiones contempnendæ

& parvipendet videntur. Id enim sonat verbum ser-
dere ab immundis rebus sumrum & translatum, quo
tropo usus est Corydon Virg. Eclog. 2.

quoniam soror tibi in uera nostra

c Anaphora.

d Polyptoton.

e Metonymia subjecti pro mari furioso & insano, eu-
jus rex & dominus est Neptunus e partitione regni Se-
turnini inter fratres & sorores.

f Altera est Epanaphora.

g Meta-

g. Metaphora est ab integræ ac firmis corporibus ad animum: qualis fuit Satyr. 3, lib. 1. *in columni capite es*, pro, integræ ne es animi? ut ibidem.

h. *Solstitium, aure invalidis bruma, mensis Augustus* videntur mihi modificata verba pro hominibus in tali celo versantibus, præterea in solsticio est synecdoche generis pro æstivo.

i. Metaphora quoque est a corpore ad animum pro grato & memori animo, quod Græcè dixeris, *χαροπισμός*, memento acceptum beneficium: sicut est in *dulcia* & *saporibus* pro, commoda & dona praesentis horæ cape.

k. Sumptum est a judice, qui totius rei habet arbitrium & facultatem ad significandum, nullum esse locū, qui procul eterra spectet vastitatem procellosi maris, 15

tam ab illius casibus tutum, ut possit animo dare tranquillitatem.

l. Metonymia est ambientis aeris pro subjecta regione, quam solum mutavit, non mores & naturam. Hanc sententiam Aeschines in Ctesiphontem surpassavit ἀργόποτος, ubi docet orator neminem fore virum bonum apud exterros, qui parvus fuerit apud suos καὶ ἔοντας τον τοπον μόνον μετίλλαξε, id est, non enim, ajebar, mores, sed locum solum mutavit, ubi est, μεγαλουσία. Ita cælum pro aere lib. 1. Titul 2. Institut. in distributione animalium.

m. Anadiplosis est in sono ejusdem vocis ad clausulam præcedentis & initium sequentis sententiae iterato.

EPISTOLA XII. AD ICCIVM.

Theticum.

Iccio nunciatur, quis satis locuples dicendus sit, quanti faciendus amicus,
& quis reipublicæ status.

F. Ruætibus Agrippæ Siculis, quos colligis Iccii,
Si rectè frueris non est, ut copia major

Ab Jove donari possit tibi: tolle querelas.

2. Panper enim non est, cui rerum suppetitus usus.

3. Si ventri bene, si lateri est pedionis q. tuis: nil

Diviti, poterunt regales addere majus.

4. Si fortè in mediopositorum abstemius, herbis

Vivis & virticâ si u. ves protinus, ut te

Confestim liquidus Fortunæ rivus inauret:

5. Vel quia naturam mutare pecunianescit:

Vel quia cuncta putas una virtute minora.

6. Miramur, si Democriti pectus edit agellos,

Cultag, dum peregrinè est animus sine corpore ve-
lo:

Quum tu interfasciem tantum, & contagia lue-
cri

Nil parvum sapias, & adhuc sublimia cures.

Quæ mare compescant causæ: quid temperet
annum

2. Stelle sponte suâ iussæ vagentur & errant:

h. Quid premat obscurum Lunæ: quid proferat or-
bem:

Quid velit & possit rerum concordia discors:

Empedocles an Stertinij deliret acumen.

7. Verum & seu pisces, seu porrum & c. e. trucidat

Utere Pompejo Grospho & si quid petet, ultro

Defer: nil Grosphus, nisi uerum orabit & aquum.

8. Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid des.

3. 9. Ne tamen ignores, quo si Romana loco res,

n. Cantaber Agrippæ Claudi uirtute Neronis.

n. Armenius cecidit, jus imperiumque Phraates

Cæsaris accepit genibus minor: aurea fruges

Italia pleno diffundit copia cornu.

4. 0

Analysis Dialectica.

A. D primum questionis caput respondet e paribus, Enthymematis sic judicatis, (majora enim & minora negata reducuntur ad paria,) scilicet frueris rebus presentibus, eque dives es, atq. locupletissimus quisque: si antecedens est verum, desine de paupertate apud me conqueri. ex his Iccij querelis cognoscimus eum non fuisse ueraciter. Por quem Aristoteles varie determinat Ethic. lib. 4. cap. 3. & hujus varia d. Scriptoris sunt haec, Kā δὲ οὐδὲ πάντα, οὐ μηδὲ μῆτρα διορθωτὸς δὲ συντὸς. οὐδὲ ἄγονος ταῦτα εἰσὶν οὐδὲ ταῦτα. i. vir etiam magnanimus de damnis necessariis acceptis, sive parvis minime queribundus est, neque supplex ullus est enim ejus qui valde curat illa, ita sse affectum in ipsi. Hoc in loco dicitur magnanimus non queri solitus, siquid forte incomodi & damni acceperit in rebus ad vitæ cum tum necessarijs, nec unaquaque horâ deplorare detrimenta rei domesticæ, nec præterea quemquam rogare ope his resarcendis malis, quod qui facit, aperiè indicat se hec habere impensæ cara, nec sine ijs dem posse vitam dignitatemq; suam tueri. Magni autem animi signum Cicero dedit lib. 14. epist. 9. ad Atticum, quū ita scripsit Sed quod queris, quid arcesserim Chrysippū (architectū) taberne mīhi due corruerunt, vel quæ rimas agunt. Itaq; non Inquitini, sed mures etiam magis graverunt. Hanc ceteri calamitatem vocant: ego nec incommode quidem, quā-

vis aliorum quicq; detalibus eventis multas fundat que-
relas sic, o Socrates! o Socratis viri! nunquam vobis gra-
tiār f. r. am. dī immortali quām mīhi ista pro mīhi lo!
subaudi h. bearn: Quām bonorum amissionem Cicero
se & quo ferre ostendit animo beneficio philosophiæ at-
que studio sapientiæ, non autem in hujuscemodi bonum
acepisse ab animi magnitudine sibi naturaliter insira.
In describendo autem loco superiori Ciceronis vñus
sum olim exemplari multum differente, quod anno
1588. in lucem Lugduni editum fuit sumptibus Sybillæ
Porta.

5. 2. Illustratur complexio descriptio de pauperis ex adjunctis,
quod hinc nō suppetat vñus reū, & multa desint: sed quia
Iccio suppetunt ad vitæ cultum omni, nihilque deest. i.
satis est d. vñs Iccius, ipsum non esse pauperem concludit.

3. Approbatio est assumptione quadam distributione
rerum, quæ fit ex adjunctis, cibo, patione, lect. stern. o.,

curribus & equis nomine subjectarum corporis partiū
significatis, quemadmodum vñstetur Porphyrio inter-
pretari, quod non minus quā fortas è probaret, quām
si de optimâ valetudine, recta & sima corporis consti-
tutione, de magno deniq; ad cetera labore interpretari, ut nō-
nulli faciunt, qui sententiam suam vulgatâ parabolâ
tuentur, melior est fantas, quam in genere the aurus: quæ
certè interpretatio est quædam repetitio præcedentis

hh 2 syllo-